

te & dolo commissa valet, *Lath. de cens. lib. 2. c. 4. num. 36. 37.* Huc pertinentia tradit *Petr. Heig part. post. q. 24. num. 14. cum seqq. num. 42. & num. 65.* Videmus autem homicidium mitius, quàm latrocinium puniri, quia latro rota percutitur, *Gobler. hic, in auctario, Zieritz. verb. poena latronum.* Illud autem hoc loco notandum; homicidium dici committi per assassinium, quando fit interveniente pecunia, *Clar. §. homicidium, num. 11. Lud. Gilhaus. in arb. jud. crim. part. 12. §. 16. 17. p. 312.* Plura vide apud *Steph. hic, in fin. Philip. Camer. cent. 2. med. hist. c. 7. Eberh. Speckh. cent. 3. class. 2. q. 3. per tot. Henr. Bocer. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 3. nu. 14. Ern. Cothm. vol. 3. resp. 29. num. 34. cum seqq. lod. Damhoud. in praxi crim. c. 83. per tot.*

## ARTICULUS CXXXVIII.

*De homicidiis manifestis, ita tamen factis, ut poenam non inferant.*

Regula fuit: Homicidium puniri ultimo supplicio: quæ patitur suas exceptiones, ut multis ostendit *Gobler. hic in auctario, verb. excusatur.* Et omnes illi dignissimi sunt, ut Anticyras navigent, & helleboro se purgent, qui ex unico scripturæ dicto: *Qui effuderit sanguinem hominis, morte morietur:* faciunt non tantum Lesbiam regulam, sed potius regulam regularum, & secundum hunc canonem quoscunq; homicidiorum casus, ineptè, imperitè, ne dicam impiè, rubrica sanguinaria satagunt notare, & jugulum hominis ab equino vel canino nihil differre sibi persuasum habent. Omnino malè. Hujusmodi enim generalia, ut vulgò dici solet, non sapiunt practicum intellectum, vel, ut loquitur *Christ. Besold. 2. polit. 6. 19. p. 877.* faciunt quidem bonos discurrentes, practicos verò malos. Neq; verò regulas ita proponit Moyses, ut omnes ex variis causarum figuris quotidie promanantes exceptiones repudiet. Illud enim instituto ejus non convenit, nec voluisse Deum probari potest, *Iohan. Gædd. de contr. & commis. stip. c. 7. nu. 293. Bernh. Zieritz. in auct. not. ad Caroli V. Constitutionem criminalem, c. 150. verb. pro suo captu.* An ordinaria homicidii poena in extraordinariam mutari possit, si homicida benemeritus sit de Principe, aut Republ. aut excellens fuerit, ac celebris artifex? Vide *Henr. Bocer. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 3. num. 179. 180.* Notabile tradit *Thom. Metzg. conf. crim. 13. num. 10. p. 183. cum seq.* Ebrietas an & quando ab ordinaria legis Corneliæ poena & aliàs excuset, vel non? Vide *Dan. Moller. part. 4. ordin. & Constit. Saxon. 1. num. 10. Dn. Iohan. Eichrod. velit. Acad. 5. concl. 18. & concl. 38. Henr. Kornm. in comm. de lineâ amoris, c. 3. de convictu, p. 73. Sebast. Medic. in summâ peccatorum capitalium, q. 12. 13. 14. 15. 16. tract. de fortuit. casib. p. 1. q. 17. num. 5. 129. part. 2. q. 5. num. 41. Thom. Metzg. conf. crim. 8. num. 11. Herm. Goëhaus. peric. 6. q. Acad. 38. Plures allegat *Phil. Hæn. disp. 24. illustr. quest. tb. 4. a.* Si quis moderamine inculpatæ tutelæ se defenderit, ab omni poena immunis est. Quare incipit Imp. materiam legitimæ defensionis exponere. Vide *Metzg. conf. crim. 8. per tot.**

ARTI-